Objectiones.

1. Cuicunq rei non inest ratio, ei non inest jus,
Atqui brutis non inest ratio.
Ergo brutis non inest jus.
R. per distinctionem juris, scil: nalis primarii et secundarii.
2. Quicquid juris communionem non habet, illud non habet jus,
Atqui animalia bruta juris communionem habent.
Ratio minoris. Inter quae animalia juris alicujus communio est, inter ea obligatio contrahitur.
Atqui inter animalia bruta obligatio non contrahitur. Ergo.
3. Ubi nulla est injuria, ibi nullum est jus,
Atqui brutis nulla est injuria. Ergo. Rat. minor. quia bruta carent sensu.
4. Quicquid hominum gratia est constitutum, non bestiarum gratia est constitutum. Atqui jus hominum gratia est constitutum. Ergo.
5. Ubi aequitas nulla est ibi nullum est jus,
Atqui inter bruta nulla est aequitas. Ergo.
6. Quicquid praecepta juris non observat, illi non est jus,
Atqui bruta praecepta juris non observant,
Ergo.